

cula iterum excusserit, non solum *piapra-*
xis hodiè ostendit, sed etiam *ex libris nostris*
Symbolicis, Augustanà Confessione, & ejus
Apologia omnibus clarescit. Ista enim *ar-*
tic. XXIII. abus. 2. Protestantium de hac re
sententiam è verbo DEI paucis in publico
Imperii conventu & coram Sacratissimo
Imperatore Carolo V. exposuit, hæc vero
paulo prolixius explanavit, In quam ma-
teriam, *cum nuper occasione Collegii super*
Abusus A. C. sub Pl. Rev. & Excell. Dn. D.
Præside habiti, incidissem, ubi de scribendâ
& habendâ Disputatione mandatum à Pa-
rente meo acceperam, eandam præ cæte-
ris ventilandam mihi elegi, præsertim, cum
voluntas *Rever. Dni. D. Præsidis*, (cui un-
quam contravenire, mihi semper esto reli-
gio) idem quoque præciperet. Novi con-
troversiam hanc à multis orthodoxorum,
prolixissimè tractatam, & ad sceleton us-
que evisceratam esse, meque hac ratione
nihil allaturum novi. Verum neque hic
scopus meus erat, neque etiam mearum
virium opus: Exercitio Academico stu-
diis meis Academicis finem imponere in-